BIBLIOTECA NAZ. CENTRALE DI FIRENZE
Mss. GALILEIANI
3 13
RACC. GAL.

Alla Biblioteca Nazionale di Firenze
Dono
di
Antonio Favaro








65.

NTRALE
DI FIRENZE
S.
IANI
3
PAL

Facsimile dell'estratto dei Decreta della Sacra Congregazione del S.º Uffizio concernenti il Processo di Galileo. L'originale dell'estratto che era già nell'Archivio del S.º Uffizio pervenne in possesso del Prof. Silvestro Gherardi che lo diede alle stampe (Rivista Europea. Anno I, fascicolo del 1º giugno 1870, Firenze, tip. dell'Associazione, 1870, pag. 28-37): esso si trova presentemente nella Biblioteca Civica di Lugo e precisamente tra le carte Gherardiane nella cartella segnata col n.º 430 e col titolo improprio di: "Mss. originale de' Decreti del Processo di Galileo."

Cfr. Le Opere di Galileo Galilei. Edizione Nazionale. Vol. XIX, pag. 272-292.

Antonio Favaro




BIBLIOTECA NAZ. CENTRALE DI FIRENZE
Mss. GALILEIANI
343
RACC. PAL.

Alla Biblioteca Nazionale di Firenze
Dono
di
Antonio Favaro


BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE

F. III. Die 17 Maii 1611

Videatur an in Processu doctoris Caesaris Cremonini sit nominatus Galilaeus Philosophiae ac Mathematicae Professor

F. IV. Die 25 Febr. 1615

Fr. Nicolai Lorini Ord. Praed. lectis literis datis Florentiae die 7 Febrij quibus mittit copiam Lrarum Galilaei Dat. Florentiae die 21 Xbris 1613 ad d. Benedictum Castelli Monachum Cassinens. Profess. Mathemat. in Studio Pisarum, quae continent propositiones erroneas circa sensum et Interpretationem sacrae Scripturae, decretum, ut scribatur Archiepo et Inquisitori dictae Civitatis ut curent habere literas Originales d. Galilaei, et mittant ad Sacram Congregationem.



F. V. Die 19 martii 1615

Galilaeum Galilei Professorem Mathematicae morantem Florentiae, SSmus ordinavit examinari Fr. Thomam Caccinum, quem Illmus D. Cardlis Araceli dixit esse informatum de erroribus d. Galilaei, et cupere illos pro exoneratione Conscientiae deponere.

F. V. die 2 aprilis 1615

Galilaeum Galilei relata depositione Fr. Thomae Caccini Ord. Praed. facta in hoc S.O. die 20 martii p.p. SSmus ordinavit mitti illius copiam Inqri Florentiae, qui examinet nominatos in testes et certioret.

F. IV. die 25 9bris 1615

Galilaeum Galilei mathematicum lecta depositione Fr. Ferdinandi Ximenes Ord. Praed. facta coram Inqri Florentiae die 3 9bris, decretum, ut videantur quaedam literae di Galileo impressae Romae cum inscriptione = delle macchie solari =.

F. V. die 3 martii 1616

Facta relatione per Illmum D. Cardinalem Bellarmino quod Galilaeus Galilei mathemat. monitus de Ord. Sacrae Congnis ad deserendam opinionem, quam hactenus tenuit quod Sol sit centrum spherarum, et immobilis; Terra autem mobilis, acquievit, ac relato decreto Congnis Indicis, qualiter fuerunt prohibita et suspensa respective scripta Nicolai Copernici de revolutione Orbium Coelestium, Didaci astunice in Job, et

Fr. Pauli Antonii Foscarini Carmolitae SSmus ordinavit publicari Edictum a P. Magistro S. Palatii Aplici huiusmodi suspensionis et prohibitionis respective.

F. V. die 11 9bris 1632

Facta relatione quod Orator Magni Ducis Florentiae mediante ejus Secretario repraesentavit Instantiam Galilaei de Galileis, qui supplicat, ut stante ejus gravi aetate eidem fiat gratia non veniendi ad Urbem: SSmus ~~dixit quod expectetur aditus fide-jussionis, quam simul cum Vattae~~ noluit concedere, sed scribendum mandavit ut obediat, et Inqri ut eum compellat ad Urbem venire

F. V. die 25 9bris 1632

Michaelis Angeli Bonavitae Florentini fuerunt relatae literae dat. Florentiae 12 9bris quibus supplicat Causam Galilaei de Galileis cognosci Florentiae

F. V. die 9. Xbris 1632

Inqris Florentiae lectis literis dat. 29 9bris quibus significat in execut. ordinum S. Congnis praefixisse terminum unius mensis ad accedendum ad Urbem Galilaeo de Galileis, qui se ostendit promptum ad obediendum

sed repraesentavit infirmitates quibus cru-
ciatur, et aetatem decrepitam: Sanctissimus
mandavit Inquisitori rescribi ut post elapsum
terminum dicto Galilaeo assignatum, omnino
illum cogat quibuscumque non obstantibus
ad Urbem accedere, eique dicat quod Senas
primum, et deinde ad Urbem se conferat.

F. V. die 30 xbris 1632

Inquisitoris Florentiae lectis litteris datis 18 huj.
quibus scribit Galilaeum de Galilaeis ob
additas infirmitates, quibus cruciatur, ut
patet ex attestationibus medicorum non
posse sine vitae discrimine ad Urbem accedere.
Sanctissimus mandavit eidem scribi quod Sanctitas
sua et S. Congregatio nullatenus potest et debet
tolerare hujusmodi subterfugia, et ad effectum
verificandi an revera in statu tali reperia-
tur quod non possit absque vitae periculo ad
Urbem accedere, Sanctissimus et haec S. Congregatio
transmittet illuc Commissarium cum medicis
qui illum visitent, ac certam et sinceram
relationem de statu, in quo reperitur, faciant,
et si erit in statu tali, ut venire possit, illum
carceratum et ligatum cum ferris transmit-
tat: si vero causa sanitatis et ob periculum
vitae transmissio erit differenda, statim
postquam convaluerit, et cessante periculo

carceratus et ligatus ac cum ferris transmittat. Commissarius autem et medici transmittantur ejus sumptibus et expensis, quia se in tali statu, et temporibus constituit, et tempore opportuno, ut ei fuerat praeceptum venire, ac parere contempsit.

F. V. die 20 Januarii
1633

Ingris Florentiae fuerunt relatae literae dat. 16 hujus quibus scribit Galilaeum de Galilaeis se ostendisse promptum quamprimum ad Urbem accedere

F. V. die 3 Febr.
1633

Ingris Florentiae fuerunt relatae literae dat. 22 Januarii, quibus significat Galilaeum de Galilaeis inde discessisse Romam versus

F. V. die 16 Junii
1633

Galilaei de Galilaeis Florentini in hoc S.O. carcerati, et ob ejus adversam valetudinem ac senectutem cum praecepto de non discedendo de domo electae habitationis in Urbe ac de se repraesentando toties quoties sub poenis arbitrio Sacrae Congregationis habilitati; proposita Causa, relato Processu et

auditis votis Ssmus decrevit ipsum Gali-
laeum interrogandum esse super intentione,
et comminata ei tortura, et si sustinuerit,
praevia abjuratione de vehementi in plena
Congne S. O., condemnandum ad Carcerem
arbitrio S. Congnis, injuncto ei ne de caetero
scripto vel verbo tractet amplius quovis
modo de mobilitate Terrae, nec de stabi-
litate Solis et e contra, sub poena relapsus.
Librum vero ab eo conscriptum, cui titulus
est = dialogo di Galileo Galilei Linceo =
prohibendum fore. Praeterea ut haec
omnibus innotescant, exemplaria Senten-
tiae desuper ferendae transmitti jussit
ad omnes Nuntios Aplicos, et ad omnes
haereticae pravitatis Inqres, ac praecipue
ad Inqrem Florentiae, qui eam Sententiam
in ejus plena Congne, Consultoribus accersitis
etiam et coram plerisque Mathematicae
artis Professoribus publice legatur

F. IV. Die 22 Junii 1633.

Galilaeus de Galileis Florentin. abjuravit
de vehementi in Congne juxta formulam

F. V. die 23 Junii 1633

Ssmus mandavit habilitari a carceribus S. O. ad Palatium magni Ducis Etruriae Urbis prope SS. Trinitatis montium, Galileum de Galileis Florentinum, quod Palatium teneat loco Carceris

F. V. die 30 Junii 1633

Ssmus mandavit Inqri Florentiae mitti Copiam Sententiae, et Abjurationis Galilaei de Galileis Florentini Professoris Philosophiae et Mathematicae, ut illam legi faciat coram Consultoribus et Officialibus S. Officii, vocatis etiam Professoribus Philosophiae et Mathematicae ejusdem Civitatis in Congne S. O., Velo levato; eamdemque pariter Copiam Sententiae et Abjurat. mitti omnibus Nuntiis Aplicis et Inquisitoribus locorum, et inprimis Inquisitoribus Bononiae et Paduae, qui illam notificari mandent eorum Vicariis et dioecesanis, ut deveniat ad notitiam omnium Professorum Philosoph. et Mathem.

F. IV. die 24 Augusti 1633

Literis Nuntii Aplici Florentiae dat. . . . rescribatur, ut curet effectum executionis ordinis Sanctitatis suae circa Sententiam Galilaei de Galileis

F. V. die 8 7bris 1633

Inquisitor Florentiae suis literis dat. 27 Augusti quibus significat se juxta Ordinem SSmi publicasse Sententiam et Abjurationem Galilaei de Galileis Mathematici coram Consultoribus et aliis Philosophis ejusdem professionis Civitatis: SSmus mandavit eundem Inquisitorem graviter moneri quia dedit licentiam imprimendi Opera d. Galilaei.

F. IV. die 2 9bris 1633

F. V. die 1 Xbris 1633

Galilaei de Galileis ~~Senis~~ Florentini, Senis relegati lecto mli; SSmus ad Oratorem habilitavit ad ejus Rurem ibi vivat in solitudine, nec evocatur aut venientes illuc recipiat ad collocutiones et per tempus arbitrio S. Congnis

F. V. die 12 Januarii
1634 Galilaei de Galileis fuerunt relatae litterae
datae ex Villa Arcetri 17 Xbris, quibus
gratias agit circa ejus habilitationem
ad d. Villam.

F. V. die 23 martii
1634 Galilaei de Galileis Florentini relegati in
ejus Villa prope Florentiam, petentis ob
adversam valetudinem gratiam redeundi
in Patriam, lecto mli Smus noluit conce-
dere, et mandavit scribi Inqri d.ae Civitatis
quod significet eidem Galilaeo ut abstineat
ab huiusmodi petitionibus, ne Sacra Congregatio
cogatur illum revocare ad Carceres ~~S. O.~~
huius S. O. et advertat.

F. V. die 4 Febr.
1636 Galilaei de Galileis ob compositionem Libri de
motu Terrae, et Stabilitate Coeli abjurati de
vehementi, et relegati in Villa Arcetri prope
Florentiam petentis gratiam manendi Florentiae
ut curetur a Medicis ob diversas infirmitates
quibus tot cruciatur, lecto mli Smus manda-
vit scribi Inqri Florentiae ut se informet de
qualitatibus morborum d. Galilaei, et an ejus
reditus Florentiam possit promovere Coetus, Conversa-
tiones ac discursus, in quibus renovetur illius
damnata opinio de motu Terrae, et Stabilitate Solis.

F. V. die 25 Febr. 1638

Inquisitor Florentiae cum literis datis 13 huius quibus significat adversam valetudinem Galilaei de Galilaeis relegati in villa ~~Arcetri~~ Arcetri prope Florentiam et dicit suum sensum circa illius reditum Florentiam: Sanctissimus mandavit D.num Galilaeum Galilaei habilitari ad domum suam Florentiae, ut curetur ab infirmitatibus, cum hoc ~~autem~~ tamen ne exeat a domo per civitatem, nec minus domi suae admittat publicas seu secretas conversationes personarum ad faciendos discursus circa olim illius damnatam opinionem de motu terrae, idque sub gravissimis poenis prohiberi, ne de huiusmodi materia cum aliquo tractet, et eum observari faciat.

F. II. die 29 Martii 1638

Literis Inquisitoris Florentiae datis 20 Martii rescribatur, ut pro suo arbitrio concedat licentiam Galilaeo de Galilaeis accedendi ad missam ad Ecclesiam viciniorem domui suae diebus festivis, proviso ne habeat concursus personarum.

F. III die 13 Julii 1638

Inquisitor Florentiae cum lit. dat. 26 Junii, quibus significat brevi ex Germania venturam Florentiam Personam qualificatam cum

muneribus ad alloquendum Galilaeum de Galileis Mathematicum prohabendos ob ea Instructiones juxta modum Navigationis per longitudinem Poli. Emi DD. mandarunt rescribi Inqri qualiter persona profectura ex Germania ad Galileum sit haeretica, vel de civitate haeretica non permittat accessum illius personae ad alloquendum Galilaeum, eidemque hoc prohibeat; sed quando Civitas atque Persona erit Catholica non impediat negociationem, dummodo non tractent de motu Terrae juxta prohibitionem alias factam.

F. V. die 5 Augusti 1636

Inqris Florentiae lectis literis dat. 25 Jul. quibus significat Galilaeum de Galileis recusasse recipere literas et munera sibi a Statibus Hollandiae transmissa: Smus jussit ei significari huiusmodi actionem huic S. Congni fuisse valde gratam

F. IV. die 27 Aprilis 1639

Fuerunt propositae Causae et Instantiae infrascriptae &c.

Galilaei de Galileis Florentiae abjurati de vehementi in hoc S. O. petentis libertatem, lecto Mli: Emi DD. servarunt ut memoriale legatur cor: Smo

F. V. Die 20 Aplis 1639 — Galilaei de Galilaeis = NN = NN = NN = NN = pitent diversas gratias, lectis mlibus; Sanctissimus nihil eis concedere voluit.

F. V. Die 23 Januarii 1642 — Inquis. Florentiae lectis lit. datis... quibus significat Obitum Galilaei de Galilaeis, et quid factum circa illius Sepulchrum, et probabile: Sanctissimus jussit eidem Inqui. referri atque dexteritate procuret ad aures Magni Ducis Hetruriae, quod non est conveniens fabricare Sepulchrum Cadaveri d. Galilaei poenitentiati in Tribunali S. O. et defuncti durante illius poenitentia, ne scandalizentur boni cum praejudicio pietatis Magni Ducis; et si ad id disponi non possit, advertatur ne ~~ad Sepulchrum~~ in Epitaphio, seu inscriptione ponenda in Sepulchro ~~...~~ legantur verba quae offendere possint reputationem hujus Tribunalis, et cum eadem animadversione invigilet in Oratione funerali recitanda

F. V. Die 13 Februarii 1642. — Inquis. Florentiae fuerunt relatas literae dat. 1 Februarii quibus significat se acturum cum Magno Duce Hetruriae circa Sepulcrum Galilaei

F. IV. 173[illegible]


F. IV. die 16 Junii
1734

Lectae literae P. Inq.ris Florentiae dat. die 26. mensis quibus significat ad ejus notitiam pervenisse quod meditatur Constructio Depositi in Ecclesia S. Crucis Ord. Minorum Conventual. Galilaei de Galileis Mathematici Florentini (qui ob Propositiones circa Mobilitatem Terrae Stabilitatem Solis ab eo assertas, ac in libro ab ipso composito contentas, damnatus fuit per Decretum S.mi die 16 Junii 1633 ad Carceres arbitrio, praevia abjuratione de vehementi in Congr.ne S.O. Urbis publice facta, et cum praecepto, ne deinceps neque scriptis, neque verbo amplius tractaret quovis modo de Mobilitate Terrae nec de Stabilitate Solis sub poena relapsus; nec non idem S.mus decrevit quod Liber ab eo compositus, cui titulus = dialogo di Galileo Galilei Linceo = prohiberetur; nec non exemplaria Sententiae desuper latae transmitterentur ad omnes Nuncios Aplicos et ad omnes Inquisitores et praecipue ad Inquisitorem Florentiae qui eam Sententiam in ejus pleno Congregatione accersitis etiam Mathematicae Artis Professoribus, publice legeret)

et Supplicat, ut Oraculum Sacrae Congnis sibi significetur, casu, quo praefata depositi Constructio fieret. Emi, audito Voto DD. Consultorum decreverunt rescribendum P. Inqri quod Constructionem depositi Galilaei non impediat, sed curet sollicite sibi communicari inscriptionem super d. deposito faciendam, illamque ad S. Congnem transmittat ad effectum circa illam Domini Ordines opportunos antequam fiat.

Emo Vala

All' Illmo Rmo Sig.re
Monsig.r Alberghini Assessore
del S. Offizio





1828

Articolo di Lettera del Sig.r Duca di Blacas scritta da Praga li 20 Gennajo 1835

10. Feb. 1835.

Articolo di lettera del Sig.r Duca di Blacas scritta al Emo Sala uno degli Emi Inquisitori Gli da me ufficiato, e pregato per ricuperare al S. Offizio il Processo Originale di Galileo Galilei, portato in Francia

G. Alberghini Ass.re del S. Offizio.

Je voudrois bien qu'il me fut possible de retrouver le procès de Galilée qui étoit resté aux Tuilerie en 1815. je l'ai déja fait rechercher inutilement; et quand j'aurai la possibilité de faire de nouvelles recherches, si elles sont plus heureuses, ce sera pour moi une vive satisfaction, de faire quelques chose d'agreable au St Père, en le lui fasant remettre, s'il parvient entre mes mains, soyez bien certain que je n'oublierai rien pour celà; mais le moment n'est pas opportun.

DONO
965711

BIBLIOTECA NAZ. C
GAL
3
RACC